

Vir

Summe Reverende Magnifice Excellentissimeque

Domine & Patrone

Observantissime colende.



Unquam Scriptum hoc, quod fundamentale Religionis Christianæ Caput defendendum suscipit, oculis Tuis exponere animum induxissem, nisi publice inter omnes constaret, Te non esse ex illorum numero, quibus, dum religionem Christianam externo Charitatis habitu motuantur, Polemica ita fastidio sunt, ut & eos, qui istius fundamentum everfuros oppugnare allaborant, à se quam remotissimos esse capiant, ausu certe, ut leviter dicam, incauto & Charitati plane inimico. Etenim Charitas vere talis, seu Christiana, prærequirit fidem in Christum, sine qua nulla est vere talis Charitas; fides autem in Christum notitiam postulat distinctam Christi & Personii & officii, divinæ revelationi conformem, quæ ubi deficit, ibi ipsa fides exulat. Iste ergo, qui vera fidei in Christum notitia imbutus non est, non potest non etiam Charitate vera destitui. Neque ab externis actionibus, quæ charitatem præferunt, statim ad internum animi affectum colligi potest, qui solus charitas illa haud iucata est, cujus externæ actiones signa quædam sed probabilia tantum sunt: cum reperiantur echontes morphosin eusebeias, ton de dunam n autes ernemenoi, ipseque Satanas, eo ipso dum Leonis rugientis instar quærit quem devoret, metatohematismom in angelum lucis induere vaferri me calleat. Haud minus ita sentientes charitati adversari apertum